

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Rapina c cum uariis

Remota iusticia, quid sint regna nisi magna latrocinia? Quia latrocinia, quid sint nisi parua regna? Hoc malum tantum crescit ut et loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuguet, et euidentius regni nomen assumit; quod ei iam in manifesto confert non dempta cupiditas, sed addita impunitas. Ideo eleganter et ueraciter Alexandro magno quidam pirata comprehensus respondit cum ab eo interrogaret quid sibi ut mare haberet infestum, ille libera uoce: Quid tibi, inquit, ut orbem terrarum? Sed quia ego exiguo nauigio facio, latro uocor; quia tu magna classe, imperator.

Augustinus IIII. de ciuitate capitulo IIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

iusticia quid sint] iusticia quid sunt B P V¹ V² L¹ L²; latrocinia quid sint] latrocinia quid sunt P V¹ V² L¹ L²; parua] praua L¹ L²; regna] regena (*cor. sub lin.*) B; interrogaret] interrogaretur L¹ L²; quia ego] ego quia P V¹ V² L¹ L²; ciuitate] Dei *add.* P V¹ V² L¹ L²